



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De partibus essentialib. peccatoru[m] & effectibus eorunde[m]. c. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Dividitur primò peccatum in mortale, & veniale, mortale est contra regulā prædictam, ut homicidiū : Veniale est præter regulam : ut quando et si quis non faciat planè contra præceptum, facit tamē quod in Deum non est ordinatū, ut mendaciū iocosū. Mortale ex genere, dupliciter fit veniale, ex leuitate materię, & ex imperfectione actus voluntarii : Veniale fit quoque mortale quādo in eo ponitur vltimus finis, vel ad mortale ordinatur, vel si fit causa peccati mortalis, vel fiat ex conscientia erronea, qua quis putat mortale quod est veniale. Vtrūque peccatum bipartitur in peccatum omissionis & cōmissionis, & in peccatum cordis, oris, & operis quod tamē est idē peccatum sed variis constans gradibus augmenti.

De partibus essentialibus peccato-
rū, & effectibus corūdē. Cap. 3.

k ij

IN peccato sunt duo, vnum tamen quam materia, actus seu operatio, alterum tamen quam forma, & est recessus ipse à regula diuina in quo recessu, seu carentia rectitudinis, præceptum est quando peccatum est mortale duo considerantur, auersio à Deo & conuersio ad creaturam, effectus similiter duo, macula, quæ est priuatio gratiæ, & reatus, qui est obligatio ad pœnam æternam, & hæc est duplex damni, & sensus. Mortale est materia necessaria confessionis. s. Th. 3. 84. 2. Veniale vero non necessaria, sed sufficiens. Trid. sess. 14. c. 5.

*Quid Contritio, & Attritio.
Cap. 4.*

Materies propinqua sacramenti pœnitentiae sunt Contritio, Confessio, & satisfactio seu peccati ipsum quantum iis subiicitur partibus. Con-